Pugnandum eſt, meritam ſi vis auferre coronam.
nec tua Sangvineo gurgite, *pugna caret.*
Hunc ſiſtet, juſtus pugnæ ſpectator, Apollo;
qui ponet feſſis aurea ſerta comis.
Quin & inaurabit fortunæ rivus amicæ
Te; *citò cum cedet, Te medicante, Charon.*

Paulus Marquartus Slegel,
Rector & Præſes.

ARtis Pœoniæ cultor prægnave, Salanæ
auditor cathedræ, vigilans, induſtria & acris
ingenii geniiq; tui vis, enthea virtus
luce ſuâ radiant: & non indebita tantis
præmia & auguſtos ſtudiis depoſcis honores.
Ecce! paramûs eam, quæ fulgida tempora cingat,
nomen & æternis referat poſt fata tabellis.
LAURUM. Macte animi donis, macte indole tantâ,
Macte operâ & ſtudio, certamina publica ſollers

aggre-